80

sufficientem satisfactionem quietant emittunt et liberos faciunt Processus Protestationes Obductiones et Citationes quasvis et extensiones omnes nullas excipiendo cassant perpetuo.

Winski Camerarii T. Oswiecimen. Debitum.

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Oswiecimen. personaliter comparentes Nobiles Joannes et Martinus filii Nobilis Christophori Saszin Mechanici sani mente et corpore existentes palam publice ac libere recognoverunt et quilibet illorum suo et interesse recognovit. Quia Generoso Michaeli Winski Camerario Terrae Oswiecimen. et in eventu mortis illius Lignis successoribus Centum florenos Polon. debiti certi veri et liquidi mutuatique pecuniis tenere ac debere et pro Dominica Laetare Quadragesimalem proxime futura parata pecunia solvere realiterque et effective dare et restituere se de omnibus bonis suis mobilibus et immobilibus successoresque suos eorundem de eisdem bonis onerando submittit et inscribit sub Vadio simili aliorum Centum florenos Polon. in defectu solutionis pro tempore praefixo ad solvendum, irremissibiliter succumbendo pro quo quidem Vadio ac summa essentiali suprascripta recognoscentes ad instantiam Memorati creditoris sui sive eius successorum ad officium Castren. Capitaneale Oswiecimen. Citatarii et suis cum successoribus et tunc in primo Citationis Termino tanquam peremptorio peremptorie stare parere respondere inscriptioni praesenti ac eius contentis tum et Vadio exinde succumbendo ac Citatis omnibus ab officio non recedendo satisfacere omneque iudicatum pati suis cum successoribus tenebuntur. Eundem terminum primum peremptorium et alios omnes subsequentes causae eiusdem Terminos semper peremptorios. Nullis contraversiis exceptionibus allegationibus evasionibus infirmitatibus dilationibus quibusvis Motionibus Appellationibus ac earum prosecutionibus evadere volendo in his et aliis omnibus in universum iuris remediis et defensis Legalibusque impedimentis etiam de iure concessibilibus se et suos successores ibi abscribendo et abrenunciando. Sub amissione sua suorumque successorum totius et integrae causae.

Przedrzicki Submissio.

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Oswiecimen. personaliter comparens Nobilis Valentinus olim Adami ~~Jamiska~~ de Jamiołky

Cristburgk.